

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Fama c  
cum fonte primo

Duo sunt tibi necessaria, scilicet consciencia et fama,  
consciencia propter te, fama propter proximum.  
Qui consciencie sue confidens famam negligit,  
crudelis est.

Augustinus libro de communi sermone clericorum.

Duae res sunt conscientia et fama.

Conscientia tibi, fama proximo tuo.

Qui fidens conscientiae suae negligit famam suam,  
crudelis est:

maxime in loco isto positus,

de quo dicit Apostolus scribens ad discipulum suum,

*Circa omnes te ipsum bonorum operum praebens  
exemplum (Tit. II, 7).*

Augustinus Hipponensis, *Sermones*, 355.1 (PL 39,  
col.1569).